

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**De rebus || GALLICIS, BEL-||GICIS, ANGLICIS,|| ITALICIS, HISPANICIS,||
CONSTANTINOPO-||LITANIS etc.|| recens allata.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1586

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1679443755>

Druck Freier  Zugang





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1679443755/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1679443755/phys_0001)

Rb, 3010. (2.)¹⁻¹²



2.

3.


4.

5.

6.

10.

11.



5.
De rebus
GALLICIS, BEL-
GICIS, ANGLICIS,
ITALICIS, HISPANICIS,
CONSTANTINOPO-
LITANIS &c.
recens allata.



A N N O
M. D. LXXXVI.

10.

11.

Colonia. XII. Cal. Aprilis. 1586.

DE Gallicarum rerum statu, quem per me nosse cupis, hoc solum certi habeo : circiter Octobrem, Condaum ad Andegauum, dum obessa eius urbis arci auxilia ferre conareetur, fuisse fusum. Quam victoriam, Catholici admodum extollunt. ac propemodum dinitus contigisse scribunt. Panico enim terrore correptos Condaanos ; dedisse manus, ceraicesq; præbuisse ; partim dedisse terga. Vix tamen occisos septem quod miraculi loco ducitur. Regiorum dux erat Dumainus, Guisij frater. Qui Regiorum exercitus dux est in Narbonensis Prouincie parte, quam vulgo Guiennam nominant.

Valde segniter, ac lente, bellum illud Gallicum haclenus geri, videmus. Nam Nauarræi, urbes tantum tuentur suæ. nes exercitum habent ; nisi leuem, quo illis obfessis adsint.

Nunc à Germanis subfidium poscunt, & hoc agunt; ut protestantibus persuadeant, illos valde periclitari ; nisi cum Nauarrais coniungantur.

Ad quam rem perficiendam, Angla omnes machinas admouer. Illa misit in Belgium, Robertum Dudlaum Leicestra comitem. Fama est ; illam conscribere duos exercitus. unum, quo Flandriam impetrat. alterum quo Brabantiam oppugnet. Accepit in suam potestatem ; Hollandiam & Zelandiam. quibus Anglica præsidia imposuit. Idem de fœderatis alijs Belgij prouincijs, tentat. Quo successu, breui liquebit.

Immisit ab hinc decem plus minus diebus, præsidio, Bergæ ad Somam portui, bis mille Anglos ; equites ac pedites : vetusq; in eo præsidium ; Rosenthalam, vix procul duo millaria ; quo loci lustrationem forte factura est ; abduci iussit.

Mari verò classem habet piraticam ; Francisco Draco summaeius duce, præfecto. Qui Indicam nanum, ad coronatorum millio-

millionem estimatam; & alias omnis generis quinquaginta, ut
iam tibi, ni fallor scripsi, cepit. Baionamque Gallicæ portum,
diripuit. Confectis hisce rebus in Indiam, ad Floridam insulam,
ad nauigavit. In quam milites exposuit. Sed Hispani, qui pro-
uinciales illius aduentus præmonuerant, eos trucidarunt. nimi-
rum mille, quorū quadringentos Indi illi dentibus vorarūt, et ex
more gentis feræ ac barbaræ comederunt. Hæc habentur ex lite-
ris hac ex Hispania allatis; & duodecimo Februarij perscriptis.

Rex Philippus, viciſſim bellum contra Anglam, edicto pu-
blico in Hispania promulgari iussit. Inſtruit maximas triremes
quas Galeones vocant. Militiae peritorum opinio est: aggressio-
rum Angliam vel saltem Irlandiam, quò det Anglæ domi, quod
agat. Nec defant qui patent Scotiæ regem; propter captiuam
in Anglia matrem, cum eodem Philippo habere communia con-
ſilia. Si quid tamen Scotus valuerit, nam, Caluimoni Scotti,
cum penes se, ei dato præſidio, tenere narrantur.

Parmensis in Belgio Graniā oppidum obſidet. atque mili-
tem habet in Geldria, ex qua Taxius, ab hinc circiter mensem.
Leonordiam progressus, Hollandos, qui eo venerant, expeditio-
nem facili, fudit. Casi quingenti dicuntur, cotidemque plus
minus, capti.

Martinus Schenchius, qui à Regijs ad Hollandos defecie-
nixus est V Verlam V Vestphaliae, Colonensis diœcesis oppidum,
capere, & cepit. Arx tamen ei iuncta, restitit, donec ab Elec-
tore, & Regijs quos sibi idem Elector auxilio aduocavit, appelle-
rent Legionarij. Itaque fuga ille sibi consuluit.

Hispania Rex, duodecim Italorum millia conscribit. &
duodecim millia Germanorum: & ad bellum pecuniam, eius
neruum, expedituit.

Pontifex denique magnam pecuniæ vim colligere scribitur.
Tentare enim, vni cum Allobrogum Duce, obſidionem urbis
Genevæ. perijſſeque à Cæſare, ut protestantes, sua religione
A 2

conten-

10.

11.

contenti, eum non turbent. cum nihil contra ipsos moliatur,
eiusq; sint hostes Calviniani. Quid obcenturus sit, haud scio.

Grauida sanè videtur Respublica: monstra fortassis enixa,
quibus annus propinquus octogesimus octauus, tantopere à Ma-
thematicis decantatus, perpetuò celebretur.

Ioannis Casimiri Palatini soror, Ioanni Nassenio Auraici
fratri nupta, obiit. & Gulielmi Cliviae ducis soror, anus, virgo;
& Margareta Austria, principis Parmensis mater, sub idem
propè tempus omnes.

Hic ex Antuerpia audimus; Anglam construere tredecim
maximas naues, & instruere; in N.; Regis permissa. Pu-
tatur; missura eas in Irlandiam, tuendo littori. nam metuit
illuc Hispanos. Quantum ex his motibus coniectura conse-
quimur; res cōcūduntur, multorum iudicio, spectare, ut vna omnes
Catholici, vbiq; gentium, sedere iungantur. & è contrario, vna
inter se, eorum summi hostes, Calviniani. Tandemq; Pro-
stantes, Calvinianorum partes suscipiant. Itaq; sursum ac de-
orsum omnia bellis atq; seditionibus miscenda. Religionis præ-
textu, verinq; dominatio queritur: verba populis dantur. Scis
etiam quām sint inueterata haec odia.

Truchisius, olim Elector, multa hinc sibi pollicetur. Est
modò Ultraiecti, cum uxore sua Agneta. & quem ante Angla
contemnebat; nunc; tanquam instrumentum ad ciendos alios
aptissimum, complectitur. Harum Tragediarum imago que-
dam appareat, in conuentu principum ac ciuitatum imperij; qui
nunc Vormaciæ habetur. In quo, plena sunt omnia discordiae:
qua, tibi, nempe nota, non referam.

Quod superest, scito; hac transisse Gracum quandam, Sinai
montis Abbatem, doctrina, moribus, genereq; grauem. Nam;
paternum genus, à Paleologis ducit. Grece loquitur, Italice,
& Arabice. Quod liberalitatem in externos peregrinos in Si-
nai illo monte exercebat; Turcæ suspectus fuit habitus. Eoque
nomine,

nomine, Turca Monasterium illud Sindai, euerit. & quos rep-
perit, captiuos abduxit, monachos, numero duodecim. Hic Ab-
bas, euasit : pecuniamque, apud Christianos Latinos, illis redi-
mendis, colligit. Qui sunt ei locuti, mihi narrarunt. nam ;
cum eum quiessem, discesserat. nec eum mihi conuenire licuit.
Galliam peragravit, Italiam, Angliam, & modò, Germaniam.
Reginæ, matri Franciæ regis, dedit Liturgiam Diui Petri ; et
liturgiam Marci Euangelistæ. Apocalypsin, manu discipuli Io-
annus Euangelista, Gregorio Tertio decimo. Habet Ephremi
multas homilias, & alia opera maiora Basilio. De ceteris non
audiui. Plura notasset ; & de gentis moribus ; & Imperij
Turcici statu, viribus, & inclinatio ne ; si eum fuisset allocu-
tus. Hæc pauca sufficiant. Vale. XII. Kal. Apriles
M. D. XXXVI. Ex Vbjorum Colonia Agrippinensi.

Anglos ferunt obsecuros Antuerpiam. Id quod mihi vix
persuadeo. Arx enim eius deiecta, iam est restituta. & altera
ei insuper, ad fluminis littus, ea parte, qua dicitur noua ciu-
tas, adiicitur.

Lotharingiæ Dux, habet domi conscripta viginti quatuor
hominum millia ; qua Germanis opponat, si per eius prouinciam,
ad Condæanos in Galliam perrumpere conentur.

De Persa ferunt ; eum Taurim, quam ei Turca occuparat,
recepisse. & exercitum Turicum annona inopia valde premi.
iterum vale.

Spira: 26. Martij. 1586.

In Deputationis conuentu Vormatiense, Cæsareani urse-
runt, ut imperium contribueret Ernesto Colonensi, ac duci Iu-
liaciensi ad bellum captum conficiendum, & Neusiam obsiden-
dam : & Reginam Angliæ hostem imperij declararent. ad que
reformati negatiue responderunt. Tandem obtinuit Cæsar con-
tributionem, sed non in hunc rsum.

A 3

Nauar-

10.

11.



Nauarrai res prospere & feliciter Deo sit laus succedunt;
aliquoties feliciter pugnatum est, ideoque totus clerus ad arma
capessenda regem adhortatur, ille vero se bellum redintegraturum
dicit, si Ecclesiastici omnes pecunias in id conferantur.
cum illi immunitatem allegarunt. ad que rex: Cum vobis sum-
ptus facere non placeat: instigatores tamen & consiliarios vos
prostetis: ego sane in posterum nec vestro consilio usurus sum.
sed alia via longe commodiore cuncta componam.

Geneuenses sane iam magno periculo liberantur, fama
quippe est Sabaudum militem in Belgium ducturum.

Neustria coepit fuit obsideri, sed ob inopiam annonae, castra
sunt relicta, & sane aliquoties phæsi opima præda sunt potiti.

Romanus Pontifex, omnibus Catholicis, Germanis præser-
tim Episcopis, collectam 10. nummi, ad opprimendos hereticos
indixit, collectorem instituit Treuirum: Dispensatorem & pro-
tectorum Catholicum Hispanum & Leodiensem. Secundò
iam collecta soluitur, ac Episcopus Bambergensis & Basiliensis
orant, ut sibi hæc collecta remittatur: suos enim Episcopatu-
m tenues esse.

Moguntinus vero veretur, si hec res palam fieret Pro-
testantibus, suam ditionem illis prædæ fore. Non enim suarum
esse virium vicinorum potestari resistere, ac se existimare,
quod contra pacatum pacis religionis publicum sit. Ad hoc pon-
tifex sub fulmine excommunicationis illi rescripsit. 1. Se
velle ut Iesitas cum inquisitione strenue introducat & foue-
at, & hereticos nullo habito personarum respectu ejciat.
2. Collectam Decimi nummi soluat, & si opus sit tertij num-
mi. 3. Religionem friedem sine consensu pontificis inualidum
ne curet. Ignoratur quid ad hoc responderit. VVirtzburgicus
sane plurimos hoc anno territorio suo expulit.

Treuir, ut spacio 14. dierum cuncti missam improbantes
& non visitantes, urbe Treuirorum exceedant, iussit.

Impe-

Imperator Comiti montis Belgardenſi ſcripsit, ſe intelligere,
multos hæreticos ex Gallia ad illum confluere, ſe iubere, vt eos
territorio ejiciat, nullique hofpitium præbeat.

Regina Anglia clafsem inſtaurat, ad curſum Hispanorum
in Indianum impediendum, vel naues eò redeuntes excipendas.
Hispanus verò è conuerſo clafsem parat.

Ex Italia hac nunciantur: Pontificem hunc, mundi & dia-
boli fecem, ante paucos menses, nouos legatos, prioribus calli-
diores, in diuersas prouincias alegasse, inter reliquos quendam
ſanguinolentum titulo de Nazaret: in Galliam. quod cum
Rex per legatum ſuum, quem Roma habebat, intellexiſſet: ſcri-
bit humiliter, ſtatui regni Gallie his turbatis temporibus ni-
hil magis expedire mansuetudine. cum ergo ſua sanctitas Car-
dinalem feruentiſſimum & zelotypum mittere decreuifſſe, ſe
erare, ut alium haud tali zelo ardentem mitteret. Cardinalis in-
terea in via erat, pontifex per litteras pergere eum iubet. Le-
gatum Gallicum intra triduum urbe, & patrimonio S. Petri
intra ocliduum excedere mandat. is per postam Lucam petiſſe, ſe
regi aduentum Cardinalis significat. Rex gubernatori Lugdu-
nensi mandat, ut hunc legatum blanditijs ibi detineat, omnia-
que faciat, quibus gratiam ipſius captare, & quid in man-
datis habeat, explorare poſſit. Dum hic honorificè traclatur,
ad pontificem ſcribit, ſe contra ius gentium & dignitatem de-
tineri. pontifex ſcribit: Pontificum eſſe de ſtatu regnorum
& Eccleſiae cognoscere, ac ut hunc per totum regnum, iter,
quo velit, non ſolum ad aulam regiam, ſed etiam alios ma-
gnates facere concedat. Nondum reſciui quid actum. Hic quo-
que aliquot Germanos nobilissimos Senis abduci iuſſit, qui du-
ce Florentia intercedente, liberati ſunt.

Constantinopoli.

Post Hieremiam, Patriarchatum dolo (Dicitur
nō vocant, illeſt, non per ostium, ſed aliunde ascenden-
do) os-

10.

11.

do) occupauerat Lesbios quidam, cui nomen Παχώμιος. Con-
questis Græcis, & suum Hieremiam ex insula Rhodo (ibi enim
exulat) sibi restitui petentibus, noluit Sultanus. Attamen
alterius diligendi potestatem fecit.

Conuenere in urbem Patriarchæ ceteri: Alexandrinus,
Antiochenus, Hierosolymitanus. Multi item ex Græcia,
Thracia, Ponto, Aegeo mari, & alicunde ex Asia: Metropo-
litæ, Episcopi, Archimandritæ, Hieromonachi. Creatus est,
qui antea per 15. annos Metropolita Philopopolii fuerat non si-
ne laude, Θεόληπτος.

Viennâ.

In Austria urguntur cives: ut se se abiungant à Religionis no-
stra exercitijs: & iurent obedientiam erga Papistarum reli-
gionem. Ni faciant: sexta hebdomade post, ex ditione Imp.
discedere inventur.

Ex Oriente nuper quidam Constantinopoli rediit, is nuncia-
uit, perpetuis cladibus, Persarum regem Turcam premere, adeò
ut peritissimis Bassis amissis, ex præsidij Vngaricis plurimos
euocarit, ac ita in finibus pacatius nostros vivere. In summa
bac perturbatione sue Reipub. nihilominus consueto tempore
Bestia Gynecæ se oblectauit. in tantum dicebat cunctos
prospero successu Persarum consternatos, ut præter
morem, Legatum imperatorium & ipse
Turca honorificentius
haberet.







do) occupauerat
questis Gracis, &
exular) sibi rest
alterius deligend

Conuenere in
Antiochenus, &
Thracia, Ponto,
litæ, Episcopi, A
qui antea per 15.
ne laude, οδηγ

In Austria vrg
stra exercitijs : C
gionem. Ni faci
discedere iubentu


Ex Oriente nu
uit, perpetuis clau
ut peritissimis Ba
euocari, ac ita in
bac perturbatione
Bestia Gynacea
prospero succ
morem

m, cui nomen Παχώμιον. Con
niam ex insula Rhodo (ibi enim
s, noluit Sultanus. Attamen
cit.

iarchæ cæteri: Alexandrinus,
nus. Multi item ex Græcia,
alicunde ex Asia: Metropo
Hieromonachi. Creatus est,
olita Philopopolis fuerat non si
nnā.

vt se se abiungant à Religionis no
entiam erga Papistarum reli
bdomade post, ex ditione Imp.

onstantinopoli rediit, is nuncia
in regem Turcam premere, adeò
x præsidij Vngaricis plurimos
ius nostros vinere. In summa
nihilominus consueto tempore
in tantum dicebat cunctos
conternatos, ut prater
peratorium & ipse
rificentius
ret.



Scan Reference Chart TE263 Serial No. 309

Image Engineering